

uniuntur ; hinc S. Th. Q. 8. a. 3. O. Ommes ad Christum Velut caput vel actu vel potentia pertinentes complectitur his verbis ; *Accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominum ; sed secundum diversos gradus. Primo enim & principaliter est caput eorum, qui actu uniuntur sibi per gloriam. Secundo eorum, qui actu uniuntur sibi per charitatem ; Tertio eorum, qui actu uniuntur sibi per fidem ; Quarto vero eorum, qui sibi uniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum, quæ tamen est ad actum reducenda secundum divinam predestinationem ; Quinto vero eorum, qui in potentia sunt sibi uniti, quæ nunquam reducetur ad actum : sicut homines in hoc mundo viventes, qui non sunt predestinati, qui tamen ex hoc seculo recedentes, totaliter desinunt esse membra Christi : quia jam nec sunt in potentia, ut Christo uniuntur.*

## DISPUTATIO VIII.

*De Scientia Christi.*

**Q**uia ex præcedentibus certum est Christum verum Deum & verum hominem esse, ac in unitate ejusdem personæ à natura divina non solum corpus, sed etiam animam & quidem rationalem id est mente sive intellectu præditam assumptam fuisse. Ut S. Th. hic Q. 1. a. 4. O. Probat tum ex eo, quod Christus dicatur in Evangelio miratus fuisse, tum ex eo, quod assumpserit naturam similem illi, quæ per peccatum lapsa redimenda erat; hinc eandem animæ rationalis potentiam in Christo omnibus modis statui ipsius & dignitati convenientibus perfectam fuisse extra dubium est, de qua perfectione sit.

## QUESTIO I.

*An in anima Christi fuerit intellectio creata,  
an beata? an comprehensiva?*

**D**ICO 1. *Oportuit in Christo esse aliquam scientiam præter scientiam divinam. S. Th. hic Q. 9. a. 1. O.*

*Probatur 1.* In Christo fuit duplex natura intellectualis: nempe creata & increata; ergo etiam duplex scientia vel cognitio: nomen enim scientia hic non strictè: sed latè accipitur. *Probatur Consequentia:* Natura intellectualis sine intellectu vel cognitione est imperfecta; ergo si fuerit in Christo duplex natura intellectualis: cum Christus non habuerit naturam imperfectam, etiam habuit duplicem cognitionem: sicut enim intellectui increato respondet cognitio increata, ita intellectui creato respondet cognitio creata; nequit autem dici: quod intellectus creatus possit reddi cognoscens per cognitionem increatam; quia cognitio est actus vitalis à potentia vitali elicitus, & in eadem receptus, quod de increata cognitione verificari nequit.

**DICO 2.** *Oportuit, quod cognitio beata in Dei visione consistens excellentissime Christo homini conveniret. S. Th. hic Q. 9. a. 2. O.*

*Probatur 1.* Ex variis Scripturæ locis ad Coloss. 2. v. 3. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi* Joan. 3. v. 11. *Quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur.*

*Probatur 2.* Ratione: in Christo fuit ea perfectio, quam cætera membra acceperunt per Christum: quia congruit, ut illud sit in actu perfectum,

per

per quod  
Christum  
numum p  
ionem b  
Christus h  
patiz & p  
fectissima  
per gloria  
ationes in  
manitas C  
que Deo p  
personale c  
visionem b  
ceptionis  
unionem l  
dinem gra  
modum d  
Obj.  
Christum  
tur, quod  
quam sine  
incarnatio  
#. 1.  
ca illa sin  
de exaltat  
nis hypot  
Christus e  
quam prop  
hypostatic  
2. Ad  
aliquid ex  
imperfect  
Obj. 2  
gaudium,  
mam gau

per quod cætera reducuntur ad actum; sed per Christum tanquam caput omnium hominum, & primum prædestinatorum electi perducuntur ad visionem beatificam; ergo illam excellentissimè Christus habuit. Item, qui habet plenitudinem gratiæ & propinquius conjungitur Deo, habet perfectissimam gratiam, quæ est gratia consummata per gloriam, & potest elicere perfectissimas operationes inter quas eminet visio beatifica; sed humanitas Christi habuit plenitudinem gratiæ, fuitque Deo propinquius conjuncta, habens idem esse personale cum Deo; ergo. Ex quo sequitur: quod visionem beatificam habuerit à primo instanti conceptionis: Sicut enim in primo instanti habuit unionem hypostaticam, ita etiam habuit plenitudinem gratiæ & perfectionum, quæ eandem per modum debitæ proprietatis sequebantur.

*Obj. 1.* Varia Script. loca in quibus dicitur Christum meruisse gloriam, etiam ratio suffragatur, quod perfectius sit habere gloriam ex merito, quam sine merito; ergo Christus primo instanti incarnationis non habuit visionem beatificam.

*R. 1.* Ad autoritatem S. Scripturæ, quod loca illa sint intelligenda vel de gloria corporis, vel de exaltatione nominis, vel de restitutione unionis hypostaticæ in tota humanitate, quæ omnia Christus est meritus, non autem ea, quæ tanquam proprietates consequerentur statim unionem hypostaticam.

*2.* Ad rationem: Quod perfectius sit habere aliquid ex merito, si illo carere non sit summa imperfectio statui Christi disconueniens.

*Obj. 2.* Qui videt Deum, habet summum gaudium, sed Christus in terris non habuit summum gaudium: quia habuit summam tristitiam: impli-

TATIO VIII.

STIO I.

vri intellectus creaturæ  
predestinatus?Christo esse aliquam sci-  
entiam. S. Th. hicduplex natura intel-  
lectus; ergo etiam du-

en enim scientia hic

ur, Probatur Con-

si sine intellectu-

a; ergo si fuerit in-

dis; cum Christus

tam, etiam habuit

im intellectui in-

ata, ita intellectui

nequit autem di-

ollit reddi cognos-

m; quia cognitio

est elicita, &amp; in

ata cognitione veri-

cognitio beata in Deo

Christo homini con-

. O.

scriptura locis ad Coloss.

de Jesu sapientissim-

. 11. Quia ipse, ho-

restatur.

in Christo hic a perfe-

ta accepit per Chri-

stus hic in actu perfectissim-

per

implicat autem summum gaudium cum summa tristitia esse simul.

**R. N. Mi.** cujus probatio distinguitur: Implicat summum gaudium cum summa tristitia de eodem objecto eodem modo sumpto Con. de diverso objecto vel de eodem diverso modo sumpto N. gaudebat de visione beatifica Christus, dolebat de peccatis. Gaudebat de redemptione, ut utili nobis; tristabatur de illa, ut contrariâ naturæ humanæ. Quia igitur non implicat summum gaudium cum summa tristitia de diversis objectis, illa Christus ex dispositione divina simul habere potuit.

**DICO 3.** *Anima Christi nullo modo comprehendit divinam essentiam.* S. Th. hic Q. 10, a. 1. O.

**Probatur:** Nullus intellectus creatus potest comprehendere divinam essentiam: quia divina essentia est infinito modo cognoscibilis; nullus autem intellectus creatus potest Deum infinito modo cognoscere; ergo non potest cum cognoscere quantum cognoscibilis est, quod est comprehendere Deum.

**Ex quo sequitur:** Quod etiam Christus non cognoverit omnes creaturas possibles in divina essentia; aliàs deberet divinam essentiam comprehendere: videndo enim omnes effectus in causa comprehenditur causa: Cum tamdiu totaliter non penetretur virtus causæ, quamdiu non penetrantur omnes effectus latentes in virtute causæ, & in quos illa potest se explicare, & ita quanto perfectius cognoscitur causa, tanto plures effectus cognoscuntur in illa; ideoque si omnes effectus in causa cognoscantur, tota virtus causæ cognoscitur secundum omnes habitudines, quas habet ad quoscunque

cunq̄ue terminos & effectus producibiles, adeòque cognoscitur quantum cognoscibilis est.

*Dices* : Si Christus per species infusas cognosceret omnes creaturas posibles, Deum non comprehenderet ; ergo neque si in essentia divina videret omnes creaturas posibles.

**R. N. Consequentiam** : Disparitas est : quod omnes creaturæ posibles per species infusas cognitæ sint terminus adæquatus divinæ potentæ materialiter, ideoque illis cognitæ non comprehenderetur divina essentia ; quia cognoscerentur secundum esse, quod habent extrâ Deum, quod finitum & limitatum est. In quantum autem cognoscuntur in divina essentia, ut causâ, sunt terminus adæquatus divinæ virtutis formaliter ; quia videntur secundum omnem rationem, secundum quam ex sinu omnipotentæ divinæ dimanant, adeoque omnipotentia divina comprehenditur.

**DICO 4.** *Anima Christi, quæ abundantiori repletur lumine, perfectius cognoscit divinam essentiam quàm alii beati.* **S. Th.** hic Q. 10. a. 4 ad 1.

*Explicatur & probatur Conclusio* : Christus habuit lumen gloriæ perfectissimum : quia habuit gratiam perfectissimam, utpote debitam ipsi propter summam cum Deitate conjunctionem ; ergo, cum visio beatifica proportionetur lumini gloriæ, etiam perfectissimè vidit divinam essentiam, unde etiam plures creaturas posibles in ea vidit quam ullus intellectus creatus. Præterea etiam Christus videt plures creaturas actuales in divina essentia, quam ullus intellectus creatus ; quia plura ad Christi statum proprium pertinent ; hæc autem omnia in Verbo videntur : ut alibi dicitur. Pertinet autem ad statum Christi cognitio creaturarum, quæcunq̄ue in aliqua temporis diffe-

rentia

rentia existunt, etiam cogitationum omnium beatorum ac damnatorum in omnem æternitatem, & quæcunque objiciuntur scientiæ visionis: quia Christus est Dominus omnium creaturarum, & constitutus Judex vivorum & mortuorum; ad quem pertinet cognoscere omnes hominum cogitationes, non tantum quæ præcedunt finale Judicium, sed etiam secuturas, quæ in beatis ad accidentale gaudium & præmium, & ad accidentale supplicium in damnatis pertinebunt.

*Obj. 1.* Si cognosceret Christus omnes creaturas possibles in Deo, divinam omnipotentiam comprehenderet; ergo si cognoscat omnia futura, comprehendit scientiam visionis: quia sicut terminus adæquatus divinæ omnipotentiae sunt omnia possible, ita etiam terminus adæquatus scientiæ visionis sunt omnia futura.

*¶. N.* Consequentiam: Christus videndo in Deo omnia, ad quæ se extendit scientia visionis, non comprehendit illam: quia non cognoscit terminum adæquatum scientiæ visionis intensivè; id est: non cognoscit omnia, ad quæ scientia visionis se potest extendere, sed tantum, cognoscit illa, ad quæ se extendit actu, vel cognoscit objectum adæquatum extensivè, & ita scientia visionis, quantum ad virtutem scientiæ non adæquatur à scientia beata Christi: cum sit eadem cum scientia simplicis intelligentiæ, ac ita habent virtutem infinities plura objecta penetrandi; sed solum quoad numerum scitorum, & ita tantum adæquatur quoad denominationem scientiæ visionis à decreto divino petitam. Quod si decretum divinum vellet infinities plura & plura objecta, scientia visionis se ad illa extenderet, & ita scientia visionis nunquam adæquatur à scientia beata Christi intensivè.

*Inst.*

*Inst. Si  
que cognos  
perfecta, a  
deluma  
ndit.  
¶. Disti  
ca materia  
tum, Co  
um clarita  
Obj. 2.  
omnia futur  
tura infini  
damnatorum  
via cumul  
est in  
tura obje  
cognoscend  
¶. N. M  
co; Cum  
cæ cognitu  
rationis in  
est infinitum  
& existenti  
quando in  
vel non in  
cuntur.  
Obj. 3.  
de illa vel  
repe Elisha  
tum nempe  
cognoscit.  
¶. Chri  
ommunica  
per scientia  
Judicii, a*

*Inst.* Si scientia beata Christi cognoscat omnia, quæ cognoscit scientia visionis in Deo, erit æquè perfecta, ac scientia visionis; cum perfectio scientiæ delinatur à numero objectorum, ad quæ se extendit.

¶ Distinguendo sequelam: Erit æquè perfecta materialiter & extensivè quoad numerum scientiarum, Con. formaliter & intensivè, quoad modum claritatis in cognoscendo N.

*Obj. 2.* Si scientia beata Christi cognosceret omnia futura, cognosceret actu infinita: quia sunt futuræ infinitæ successivè cognitiones beatorum & damnatorum per totam æternitatem; hoc non: quia cumulus infinitarum cogitationum cognitus simul est infinitum actu, quod implicat, & ad infinita objecta cognoscenda requiritur infinita vis cognoscendi vel infinitum Lumen.

¶ N Maj. ad cujus primam probationem dico: Cumulus infinitarum cogitationum simultaneè cognitus simultate cognitionis vel repræsentationis in essentia divina, in qua repræsentantur, est infinitum actu, N. simultate durationis propriæ & existentiae Con. nec requiritur infinitum lumen, quando infinita objecta solo numero distincta, vel non in seipsis immediatè, sed in alio cognoscuntur.

*Obj. 3.* Christus Marc. 13. v. 32. dicit: *De die illo vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi solus Pater.* Ergo aliquod futurum nempe extremum Judicii diem Christus non cognoscit.

¶ Christus non scivit diem Judicii scientia communicabili; quamvis enim sciret, non tantùm per scientiam beatam, sed etiam infusam diem Judicii, absolute tamen negabat se scire: quia

NON

non sciebat scientiâ, quam nobis communi-  
caret.

## Q U Æ S T I O II.

*An in Christo fuerit scientia infusa &  
quotuplex?*

**S**cientia potest esse infusa vel per se vel per ac-  
cidens: per se infusa est, quæ non nisi à Deo  
causari, & nullis propriis actibus acquiri potest.  
Hæc est alia supernaturalis, quæ ad objecta super-  
naturalia terminatur, alia naturalis, quæ res ordi-  
nis naturalis modo Angelico cognoscit per species  
infusas, Scientia infusa per accidens est, quæ de  
facto quidem causata & infusa est à solo Deo, ab-  
solutè tamen per proprios actus acquiri potest, &  
exigit: quomodo Salomon & Adam habuerunt  
scientias infusas à Deo. De prima tam naturali  
quàm supernaturali

**DICO:** *Est in Christo secundum ejus animam...  
scientia infusa sive indita, per quam cognoscit res  
in propria natura per species intelligibiles humana  
menti proportionatas. S. Th. hic Q. 9. a. 3. O.*

**Probat** 1. Ex illo Apost. ad Coloss. 2. v. 3.  
*In quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia ab-  
sconditi;* Sed inter thesauros scientiæ continetur  
scientia infusa, quâ præditi sunt Angeli; ergo.

2. **Ratione:** Christus habuit omnem scientiam,  
ad quam anima & intellectus ejus habebat capaci-  
tatem: aliàs enim fuisset anima imperfecta; &  
quidquid perfectionis reperitur in aliqua creatura,  
perfectiori modo concedi debet animæ Christi, nisi  
repugnet unioni hypostaticæ, visioni aut fini re-  
demptionis; sed anima Christi fuit capax scientiæ  
infusæ tam naturalis quàm supernaturalis: licet  
enim



anim non esset separata à corpore, cum tamen esset anima comprehensoris, non dependebat vel impediabatur a functionibus corporeis, quominus haberet scientiam beatam; ergo neque quominus haberet scientiam infusam. Præterea scientia infusa invenitur in aliis creaturis. Sic Angeli, præter cognitionem matutinam in Verbo vel scientiam beatam, habent cognitionem vespertinam, vel claram revelationem aut scientiam infusam extra Verbum, quâ cognoscunt non tantum veritates supernaturales, sed etiam naturales, idque pertinet ad magnam intellectus perfectionem. Neque duplex hæc scientia infusa repugnabat unioni hypostaticæ vel fini redemptionis, imò huic utrique maximè congruebat.

*Obj. 1.* Scientia infusa est in Christo superflua; illa enim, quæ cognosceret per scientiam infusam, longè excellentiori modo cognoscebat per scientiam beatam; ergo fuit superflua.

*R. N. Ass.* Licet enim omnia illa per scientiam beatam Christus cognoscebat, quæ etiam cognoscebat per scientiam infusam, quantum ad numerum cognitorum, non tamen cognoscebat eodem modo. Duplex igitur erat capacitas in anima Christi 1<sup>mo</sup> cognoscendi res in Verbo, & hæc explebatur per scientiam beatam, 2<sup>dò</sup> cognoscendi res in seipsis, & hæc explebatur per scientiam infusam; ita etiam res naturales dupliciter cognosci possunt in seipsis 1<sup>mo</sup> per discursum & species desumptas à phantasmatis, & hoc modo cognoscebat Christus res naturales per scientiam acquisitam, 2<sup>dò</sup> sine discursu per species à Deo infusas modo Angelico, & hoc modo cognoscebat res naturales per scientiam infusam; ut igitur Christus cognosceret res omni modo, quo erant cog-

noscibiles, quod utique est Christi perfectio, hinc in Christo admittendæ sunt distinctæ hæ scientiæ.

*Nec dicas* : Quod, si sit perfectio diversis illis modis res cognoscere, ergo etiam admitti debet in Deo.

*Contra est* : Quod hic modus cognoscendi creaturas in seipsis per species quidditativas sit tantum perfectio respectu intellectûs creati, quæ habet admixtam imperfectionem recipiendi species creatas, & specificationem ab objecto creato; quod in Deo implicat.

*Obj. 2.* Ad minus scientia naturalis infusa in Christo est superflua: quia objecta naturalia potuerunt cognosci per scientiam supernaturalem infusam tanquam superiorem; quemadmodum Angelus per species supernaturales cognoscit objecta naturalia.

*R.* Christum per scientiam supernaturalem infusam potuisse cognoscere objecta naturalia, quatenus contenta sub revelatione supernaturali; per scientiam autem naturalem infusam, absque habitudine ad revelationem Dei, ut Authoris supernaturalis.

### Q U Æ S T I O III.

*An 3 qua per scientiam infusam Christus cognoscat?*

**D**ICO : Anima Christi primo quidem cognovit, quacunque ab homine cognosci possunt per virtutem luminis intellectûs agentis, sicut sunt, quacunque pertinent ad scientias humanas. Secundo vero per hanc scientiam cognovit Christus omnia illa, quæ per revelationem divinam hominibus innotescunt.

S. Th.

S. Th. hi  
entiam  
Entia nat  
secreta co  
mysteria  
Prima  
betur Ch  
intellectû  
quidditati  
naturalium  
intellectû  
ta admitt  
scientiam  
nes natura  
gularia na  
fi erat c  
nitionem  
cus, nec  
nosceret in  
tas specifi  
Nec ob  
spirituales  
nam contr  
cto Christi  
species An  
gelicarnm  
mediatè à  
emplatæ,  
geli repr  
ta materia  
Secunda  
rum soli D  
nequidem  
futura con  
ticam per

S. Th. hic Q. 11. a. 1. O. Sive Christus per scientiam infusam cognovit comprehensivè omnia Entia naturalia, omnia futura contingentia, etiam secreta cordium, omnia Entia supernaturalia & mysteria gratiæ.

*Prima Pars probatur:* Omnis ea cognitio debetur Christo, quæ est magna perfectio ipsius intellectûs concessa alicui creaturæ; sed cognitio quidditativa & comprehensiva rerum omnium naturalium per species infusas est magna perfectio intellectûs, & de facto est concessa Angelis; ergo ea admittenda est in Christo; unde etiam per scientiam infusam clarè cognovit, non tantum omnes naturas específicas, sed etiam individua & singularia naturæ: non enim minùs intellectus Christi erat capax & incompletus in ordine ad cognitionem singularium, quàm intellectus Angelicus, nec minus erat perfectio Christi, quod cognosceret individua, quàm quod cognosceret naturas específicas.

*Nec obstat:* Quod species scientiæ infusæ sunt spirituales, individua verò sunt objectum materiales; nam contra est: species scientiæ infusæ in intellectu Christi, licet essent minus universales, quàm species Angelicæ, tamen ad modum specierum Angelicarum non erant ab objectis acceptæ, sed immediatè à Deo causatæ, & ab Essentia divina exemplatæ, ideò sicut essentia divina & species Angeli repræsentant clarè omnia individua & Entia materialia, sic & species infusæ in Christo.

*Secunda Pars probatur:* Licet cognitio futurorum soli Deo sit connaturalis, unde nulla creatura, nequidem Angelica naturaliter potest cognoscere futura contingentia; tamen ob unionem hypostaticam pertinebat ad officium & dignitatem Christi,

ut omnia futura contingentia cognosceret, non tantum per scientiam beatam, ut comprehensor, sed etiam per scientiam infusam ut viator; quia ut talis erat inspirator omnium Prophetarum, Dominus & caput universorum. Hæc autem futura Christus cognovit in seipsis, dependenter tamen à specie, quæ clarè repræsentabat Deum de facto habere decretum de productione talis effectûs: quia eo modo potuit Christus futura contingentia cognoscere, quo modo erant cognoscibilia; sed non erant cognoscibilia, nisi dependenter à decreto: quia futura non sunt determinata in seipsis, sed in quantum per decretum sunt determinata in sua causa; cum igitur scientia Christi sit participatio scientiæ divinæ, & Deus non cognoscat futura contingentia, nisi in decreto; nec Christus illa cognoscere potuit nisi ratione decreti; licet ergo Christus habeat species quidditativas rerum futurarum, per quas attingat esse formale ipsarum, illæ tamen non repræsentant res futuras, nisi cum specie repræsentativa divini testimonii clarè repræsentantis decretum, quod tales eventus sint tali tempore & in talibus circumstantiis ponendi. Sicut enim essentia divina, quantumvis sit eminentissimè species repræsentativa creaturarum omnium, illas tamen non repræsentat futuras, nisi quatenus simul repræsentat revelatum Dei decretum de tali creatura à parte rei ponenda.

*Dices.* Decretum Dei tantum potest cognosci per scientiam beatam, non infusam; ergo Christus per scientiam infusam non cognovit futura contingentia in decreto.

*R.* Per scientiam beatam cognoscitur clarè decretum cognitione intuitiva, per scientiam autem infusam cognoscitur clarè cognitione manifestante

& revelante decretum ex testimonio divino.

*Inferes* : Scientiam infusam Christi respectu futurorum contingentiam non fuisse intuitivam, sed abstractivam : quia scientia intuitiva per hoc distinguitur ab abstractiva, quod habeat objectum, quod cognoscit, præsens; sed scientia infusa futurorum in Christo non attingit futura tanquam præsentia & sibi coexistentia: hoc quippe soli visioni beatæ est proprium, quæ mensuratæ æternitate participat, & attingit futura, quatenus per divinam essentiam repræsentata, quod si tamen *Ly intuitivum* latius accipiatur pro clara cognitione opposita obscuræ, poterit scientia futurorum in Christo vocari intuitiva.

*Tertia Pars probatur*: Istorum cognitio extra Verbum est magna perfectio conveniens personæ & officio Christi viatoris ut Domini, Directoris & Judicis, qui donum prophetiæ, discretionis spirituum aliis sanctis communicatum debuit perfectissimo modo possidere.

*Quarta Pars probatur*: Illud per claram revelationem extra Verbum cognoscit Christus, quod obscurâ fidei revelatione hominibus, vel vespertinâ cognitione extra Verbum Angelis cognoscere est concessum; sed Angeli per specialem illuminationem extra Verbum & homines per obscuram fidei revelationem cognoscunt mysteria gratiæ; ergo, Porro: quod ista cognitio sit quidditativa & comprehensiva, probatur: quia illa cognitio est tribuenda Christo, quæ est omnium perfectissima & non repugnat Christi conditioni; sed entium supernaturalium quidditativa & comprehensiva cognitio non repugnat Christo; quidquid enim est quidditivè & comprehensivè repræsentabile per speciem creatam, etiam quidditivè & compre-

hensivè est cognoscibile; sed omnia Entia supernaturalia sunt quidditivè & comprehensivè representabilia per speciem creatam, nec est assignabilis ulla ratio implicantiæ aut repugnantia respectu Christi; ergo.

*Obj. 1.* Si Christus per scientiam infusam comprehendisset entia supernaturalia v. g. gratiam, visionem beatificam, etiam comprehendisset terminum formalem utriusque; hoc non: quia terminus formalis visionis v. g. est Deus trinus & unus, hanc autem non comprehendit.

*R. N. Sequelam Maj.* Nam ad comprehensionem alicujus Entis habentis habitudinem essentialem ad aliquem terminum, sufficit, ut clarè videatur ille terminus in obliquo, & quoad an est, non verò quidditivè ut in se est; & ideò licet visio beatifica attingat Deum unum & trinum, ut in se est non ideò est necesse, ut scientia infusa comprehensiva visionis eundem vel comprehendat vel quidditivè videat, ut in se est.

*Obj. 2.* Ad comprehensionem requiritur, ut principium cognoscitivum sit in eodem gradu immaterialitatis, in quo est objectum comprehensum; atqui scientia infusa est in inferiori gradu immaterialitatis, quam sit lumen Gloriæ & visio beatifica; ergo.

*R. Distinguendo Maj.* Ad comprehensionem requiritur, ut principium proximum cognoscitivum sit in eodem gradu immaterialitatis N. principium proximum & radicale Con. principium proximum est scientia infusa, quæ non est in eodem gradu immaterialitatis cum lumine gloriæ & visione beatificâ principium radicale est gratia, quæ est ejusdem immaterialitatis cum Lumine gloriæ.

QUÆ.

An E

DICO

fit a

visionem

u. i. O.

Probata

ter debita

omnium i

intellectu

per propri

erum a

humana c

batur: In

tellectui h

humano i

per scienti

cognoscer

Angelico

cies a Pl

Christo sit

entia, non

erum que

novit etia

Præter

lectus age

Christus

abstractas

agens fui

est abstra

exhibere

ctus ager

## QUÆSTIO IV.

*An & quot scientia acquisita fuerint in Christo?*

**D**ICO. *Anima Christi . . . per scientiam acquisitam scivit omnia illa, quæ possunt sciri per actionem intellectûs agentis. S. Th. hic Q. 12. a. 1. O.*

*Probatur* : Perfectio naturæ humanæ naturaliter debita est admittenda in Christo; sed cognitio omnium illorum, quæ possunt sciri per actionem intellectûs agentis, sive per scientiam acquisitam per proprios actus: nempe per abstractionem specierum à sensibus, est quædam perfectio naturæ humanæ connaturalis & propria; ergo; Mi. probatur: Imprimis omnium illorum cognitio est intellectui humano connaturalis; quia sunt objecta humano intellectui proportionata; Deinde etiam per scientiam acquisitam: quia est proprius modus cognoscendi humanæ naturæ à modo cognoscendi Angelico, quod fiat operâ intellectûs agentis speciei à Phantasmatis abstrahentis; cum igitur Christo sit debita omnis intellectiva perfectio & scientia, non tantum quoad numerum scibilium, sed etiam quoad modum sciendi, illa Christus cognovit etiam per scientiam acquisitam.

Præterea in anima Christi non minus erat intellectus agens, quàm in aliis hominibus; atqui si Christus nullas habuisset species à Phantasmatis abstractas sed merè infusas; intellectus Christi agens fuisset otiosus & destitutus proprio actu, qui est abstrahere species easque intellectui possibili exhibere, & quia cum virtus naturalis intellectus agentis Christi Domini sit limitata ad eandem

speciem infimam, ad quam limitantur alii intellectus agentes humani, influebat hanc limitationem in scientias, quas acquirebat, ita, ut sicut in aliis hominibus scientia acquisita est distincta in plures & diversos habitus, juxta diversitatem formalem objectorum, secundum quam alia sunt practica, alia speculativa, & inter has quælibet ab objecto formali diversam sortitur speciem infimam, ita & in Christo sint diversæ scientiæ acquisitæ pro ratione diversorum objectorum formalium.

*Obj. 1.* In Christo omnes scientiæ fuerunt per accidens infusæ; ergo non habuit scientias acquisitas. *Probat. Ant.* Adam habuit omnes scientias naturales per accidens infusas. Item Beati nullas de facto species per intellectum agentem à sensibus abstrahunt, & tamen adhuc retinent intellectum agentem; ergo cum Christo sit tribuenda omnis perfectio, non repugnans ipsi specialiter, quæ invenitur in creaturis, non habuit scientiam de facto per proprios actus acquisitam.

*R. N. Ant.* ad probat. N. *Consequentiam:* Quia Adam est creatus in statu perfecto, ut Doctor & Caput hominum in naturalibus, unde sicut totam naturæ & quantitatis perfectionem simul obtinuit, ita etiam habuit omnem notitiam ad officium & statum Doctoris in rebus naturalibus pertinentem. Beati etiam secundum animam & corpus sunt in statu perfecto, Christus autem est natus infans, & ita sicut crevit secundum ætatem, ita etiam in scientia experimentalis profecit, siquidem majorem perfectionem organorum consequitur major virtus & facilitas formandi & abstrahendi species à phantasmatis.

*Nec obstat:* Quod Christus, sicut Adam fuerit  
caput

caput omni  
tissimum ha  
ter salvatur  
instanti infi  
Obj. 2.  
tionis habui  
ctus Christi  
ellet capax  
acquisivit se  
eravit scient  
enim Christi  
indi,  
e. Disti  
capax, erat  
erat indebit  
tutariibus  
primo insta  
debita; sci  
talis non era  
bita, quin  
ministerio  
agentis com  
simul obtine  
  
D I  
De Libe  
  
Christus  
giend  
clarum est  
um (sive r  
implevit, f  
est libertas.  
libertatem  
impeccabil



caput omnium hominum : hoc enim officium potissimum habuit in supernaturalibus, quod sufficienter salvatur per scientiam supernaturalem in primo instanti infusam.

*Obj. 2.* Ideò Christus à primo instanti conceptionis habuit scientiam infusam : quia aliàs intellectus Christi fuisset imperfectus carens scientiâ, cuius esset capax ; atqui si Christus per proprios actus acquisivit scientiam naturalem, à primo instanti caruit scientiâ, cuius pro tunc erat capax : poterat enim Christo, sicut Adamo, scientia naturalis infundi,

*R.* Distinguendo *Mi.* Caruit scientiâ cuius erat capax, eratque Christo pro illo tempore debita *N.* erat indebita *Con.* scientia infusa, utpote à Phantasmatibus independens, non minus erat pro primo instanti conceptionis, quàm sequentibus, debita ; scientia autem animæ Christi experimentalis non erat pro primo instanti connaturaliter debita, quin erat major perfectio notitiam aliquam ministerio sensuum & per operationes intellectûs agentis comparare, quàm omnem à primo instanti simul obtinere.

## DISPUTATIO IX.

*De Libertate & Impeccabilitate Christi.*

**C**Hristum fuisse liberum in prosequendo vel fugiendo objecto sibi proposito vel prohibito clarum est eò quod per actus suos, quibus mandatum (sive rigorosum, sive minus rigorosum fuerit) implevit, fuerit meritus. Meriti autem conditio est libertas. Sed maxima est difficultas concordandi libertatem Christi in implendo præcepto cum ejus impeccabilitate ; vel enim Christus potuit velle